Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26829
Copyright: Admont, Benediktinerstift



aliena esse existimant. Pulchrum est quod socii iusta sentire. neque humanis cladibus addere ut creatorem omnium impietate ledamus. Si salui esse uolumus. salui sumus. Nec enim salus apud eos ignobilis est. quibus tantis uirtutem operibus demonstrauimus. Sin mori placet. abhis occidi pulchrum est quos ceperunt. Non migrabo in hostium locum. ut ipse mihi proditor fiam. Quippe enim stolidior sum. quam quod ad hostes ultro profugiunt. Si quidem illi salutis causa id faciunt. ego uero interitum etiam quidem mei. romanique tam insidias uotis expeto. Nam sime prius tas dexteras fugiunt. magno animo paratoque moriar. mihi datum fidia puic torie solatio mecum auferens. Quia quidem in hunc modum iosephus ut a cede proprio socios dehortaretur dicebat.

Illi autem obstructis auribus desperatione quasi iam diudum mori deuouerant concitantur. et alius aliunde cum gladius accurrentes ignauiam exprobrabant. et quasi eum pecus furus mox quisque adoriebantur. Ille autem cum alium nominatim uocaret. alium uultu ducis uituperet. alteri dexteram apprehenderet. alium precibus exoraret. uaria animi affectione ut uitali necessitate distractos ferrum omnium a cede sua prohibebat. nisi secus ut fere bestie circumclusae ad eum semper quasi se contingeret ora euertens. Illique autem quidem in extrema quique cladem reuerendum putarent. debilitabantur dexterae. gladiique de manibus elabebantur. multi sponte cum ei manus afferrent dimittebant frameas. Iosepho autem non defuit in ea desperatione consilium. affectus dei prouidentia salutem in periculum mittit. Et quidem mori decretum est in quit agite. cedes mutuas sortiamur. Iam obtigerit manu sequentis occumbat. atque ita omnium fortuna pambulet. neque sua dextera quisque iaceat. Iniustum enim est ceteris perempturus et alius quemque si peniteret saluum esse. Visus est uera dicere. et quod persuasit agitur. sors cuique obtigit parata ei quisque necem suam prebebat quasi mox etiam duce morituro. cum iosepho enim pure uita dulcius esti mabant. Remansit autem ipse cum altero. siue fortuna dici oporteat. siue dei prouidentia. consultoque prospiciens ne uel sorte grauaretur. uel si nouissimum resedisset dexteram suam gentilis cede polluerent. illo quidem fide imposita ut uiueret persuasit.

Ille quidem hoc modo Romanique domestico bello liberatur. ad uespasianum pinicanorem ducebatur. Omnis autem romanus uisendi eum gratia occurrebant. et cum se circa ducem premeret multitudo. uariumque tumultum erat. his exultantibus quod captum esset. aliis minitantibus. nonnullis autem propius eum uidere certantibus. et quoniam quidem aberant hostem interficiendum esse clamabant. quo uoluptuosiores erant facta eum reputantes mutatione obstupescebant. Rectique autem nemo fuit quilicet ante uasceret nomini eius uiri aspectu mitior factus est. Itemque uero preter alios et fortis iosephi animum in calamitatibus et gratias eius misericordia capiebat. qualisque prudens fuisset in pluis reminiscentem. et quis nec sit in hostium manibus positus intuentem. iubebat intelligere quanta esset fortune potentia. quamque uelox belli momentum humanarum autem rerum nichil firmum atque perpetuum. Quam multos etiam tunc ita ut sentiebat ipse ut iosephum miserarentur affecit. plurimaque salutis eius pars titus extitit apud patrem.

Vespasianus tamen quasi mussurus eum cesari ut cautissime custodiret precepit.